800
11. Apr.

pacis et caritate secundum ecclesiasticum atque apostolicum perseverantes praeceptum semper omnino in sancta conversatione de die in diem proficere contendatis. et semper a sancta sede apostolica consultum et sancte fidei documentum sicut et praedecessores vestri vos suscipere gaudeatis. atque a vicario beati Petri sanctis orationibus fulciri confidite. ut quod auribus percipitis operibus adimpleatis et domino admonente secularia iudicia abicere festinate. et ad proprium archiepiscopum quem a sancta catholica et apostolica romana ecclesia canonice susceptistis. occurrere in canonicis iudiciis festinate et ut ipse suae doctrinae mercedem mereatur a domino accipere. et vos pro vestra obedientia praemium vitae aeternae accipere mereamini. Sicut enim a sanctorum patrum sancta catholica et apostolica romana Ecclesia auctoritatem suscepit. ut in provintia, quae deo auspice in christianitatis more amplicata et dilatata est. licentiam habet eiusdem ecclesiae ordinare archiepiscopum. ita et in partibus fecimus apostolicus et vicarius beati Petri apostolorum principis constituere metropolim et ordinare archiepiscopum. ita et in partibus fecimus vestris. Tamen a multis iam temporibus ab ista sancta sede fuit praeordinata. sed diversarum rerum eventus nec praedicabatur usque temporibus nostris. Quod vos deo inspirante una cum consilio atque consensu excellentissimi filii nostri domni Karoli regis Francorum et Langobardorum atque patricii Romanorum renovavimus statuta sanctorum Patrum. et secundum traditiones canonicas constituimus vobis metropolitanam sedem. eiusque pastorem ordinavimus dignum et canonicum archiepiscopum, quemadmodum a sanctis patribus statutum est. ut una aequae provintia suam habeat metropolim. Et nequaquam vobis vilis institutio videatur a vicario sancti Petri apostoli. sed omni studio omnique devotione canonicas sanctiones observantes unanimiter cum humilitate, et mansuetudine concordiam pacis habentes, omnia cum consilio Vestri metropolitani scilicet Arnonis archiepiscopi quae agenda atque tractanda sunt. cum timore et dilectione dei facite. ut hi qui volunt pie in Christo vivere. gaudeant sibi sui metropolitani archiepiscopi adesse consilium.

Et ipsa una vobiscum omnia secundum dominicum praeceptum humiliter et cum caritate et observatione canonica quae agenda sunt

videatur instituto B

800.
11. Apr.

pertractet. et hi, qui extra ordinem deviaverint, cum omni modestia corrigantur. Et ut Himpleatur inter eos sancta illa et evangelica sententia. ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Prelatus vero frater noster reverentissimus et sanctissimus archiepiscopus interrogavit nos de incestis coniunctionibus quae usque nunc multis in locis non canonice observabantur. Quamque sint qui dicunt sanctam Gregorium scripsisse Augustino episcopo ad Anglorum gentem tertia propinquitate posse copulare. quod omnino in scrinio beati Petri non invenitur. propinquante B. Nos quippe eidem venerabili archiepiscopo. quicquam aliud constituere non valuimus; nisi quod a praedecessoribus nostris repperimus.

In concilio vero sanctae recordationis domni Zachariam papam scripsisse eius synodi invenimus ita. Sed neque hoc silendum est. quod in Germaniae partibus divulgatum est quod quidem in archivo sanctae ecclesiae scriptum non repperimus. ipsis tamen asserentibus hominibus de Germaniae partibus didici. quod beatae recordationis sanctus Gregorius quem vera religione christianitatis divina gratia illustrasset. licentiam illis dedisse in quarta sese copulari generatione.

Quod quidem licitum Hilarii scriptis non est. dum usque se generatio quadrag B cognoverit. sed dum rudes erant et invitandi ad fidem. quamque minime scriptum ut dictum est observabant. nunc autem custodiri non ambigimus V. ita et illi ediximus. Nam plurquam B praedecessores nostri canonice instituerant aliquid omnino dicere non valemus. Reperimus quippe in beato Isidoro Spalensi episcopo usque in septimam generationem observare et sic copulare. quia in septimo die quievit deminuit eius ex omnibus operibus suis et in novellis Romanorum legibus instar invenitur.

Propterea pro vestra sanctitate praefatum facere vos reverentissimum et sanctissimum Arnonem Archiepiscopum commonemus. ut ei edicere et praedicari curetur. et cum apostolica auctoritate ille periculosissimus usus a christiana plebe avelletur. ut instituere vobis studeat. qualiter pie et sapienter quod malum est devitetur. et quod bonum est adsumatur. ut in anathematis incidamus periculum. sed auctoritas semper sanctae scilicet doctrinae nostrae super vos per vestrum fulgeat archiepiscopum. quatenus et ipse sibi mercedem ante deum pro vestra doctrina multiplicet, et vos desiderabilem adeo vitam et coronam accipiatis.

Similiter et omnes vos episcopi. abbates. presbyteri. diaconi.

V sed pro hoc sicut nos observamus B.

L reperimus, credere non ambigamus.